

Sermo

tantiam minus proprie referri videt. Ad quod respondet primū .id esse continetiam qđ temperantiā. Deinde visitatus in scripturis sanctificationem pro cōtinentia seu mundicia poni. Deniq; quid ille apđ Moylen tā crebre sanctificationes aliud erant q̄ quedā purificationes hominuz temperantiū sea cibo. a potu. a concubitu. hisq; similibus? Sed audi ipsum p̄cipue apostolum. q̄ familiare habeat. vel vti vel usurpare sanctificationem in h̄ sensu. **N**ec est (inquit) voluntas dei sanctificatio vestra. vt sciat vnusquisq; vestrū suum vas possidere in sanctificatione. et nō in passione desiderij. **I**tem. Nō enī vocauit nos deus in immūdiciam: sed in sanctificationem. **L**iquet q̄ sanctificationē p̄ temperantiā ponit. **E**ducto itaq; in lucem quod subobscurū videbatur. redeo ad id vnde digressus eram. **Q**uid vobis cū s̄tutibus: qui dei virtutē christū ignorat? **U**binam queso vera prudentia nisi i xpi doctrina: **U**nde vera iusticia nisi de christi misericordia? **U**bi vera temperantia nisi in christi vita. **U**bi vera fortitudo nisi in christi passione: **S**oli ergo qui eius doctrina imbuti sunt: prudentes dicendi sunt. soli iusti qui de eius misericordia veniam peccatorū consecuti sunt. soli temperantes qui eius vitā imitari studēt. soli fortes qui eius patietie documenta fortiter in aduersis tenent. **I**ncassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum si aliunde eas sperādas putat q̄ a domino virtutū. cui? doctrina seminariuz prudentie. cui? misericordia op̄ iusticie. cui? vita speculū temperantie. cui? mors insignis est fortitudinis. **I**psi honor et gl̄ia in secula seculoz Amen.

Sermo. cxxij.

Introduxit me rex in cellaria sua. **E**cce vñ odor et currendū. sed q̄ currendū est? nō dixerat. Ergo ad cellaria currit. et currit i odore qui ex ipis procedit. sponsa illuz solita sua sagacitate p̄sentiet et cupiente in ip̄ plenitudine introducti. **U**erū de cellarijs his quid sentiendū putam? **L**ogitemus ea iterim loca quedā redolētia penes sp̄sum: plena odoramentis: referta delicijs.

In istiusmodi nempe officina potiora q̄ q; ex orto siue ex agro seruāda reponuntur. **I**lluc ergo pariter currunt. **Q**ui? Spiritu feruētes anime. **C**urrit sponsa. currit adolescentule. sed que amat ardentē: currit velocius. et citius puenit. **P**erueniens nō dico repulsionē. sed nec cunctationem patit. **S**ine mora aperit ei: tanq; domestice: tanq; charissime: tanq; specialiter dilecte et singulariter grate. **A**dolescetule autem qđ: **S**equitur a longe. **N**eq; enī cū adhuc infirme sint pari possunt deuotione cū sponsa currere. nec ipsius omnino imitari desiderij et feruore: ideoq; tardē perueniētes: foris remanēt. **A**t charitas sponse nō quiescit neq; insolēscit (vt assolēt) successibus suis vt eas obliuiscat: cōsolans magis et hortans ad patientiam. q̄ tinus equanimiter et sui ferant repulsam: et illius absentia. **D**eniq; et nūciat eis gaudium quod pcepit. nō ob aliud sane: nisi vt sibi congaudeat: dū confidat minime alienū fore a se quicqđ gratie matri accesserit. **N**am nec illa p̄ficere curat quo ipsa rum negligat curam. nec iuuandos suos pfectus putat illaz damno. **Q**uocūq; p̄inde meritoz prerogatiua tollatur ab illis charitate absq; dubia et pia sollicitudine necesse est eam semp esse cū illis. **M**ortoz deniq; eā sponsum suū imitari: et petentē nimirum celos: et nihilominus in terris cū suis se fore vsq; ad cōsummationem seculi pollicentē. **S**ic et ista quātumuis p̄ficiat quamlibet promoueat: cura prudentia atq; affectu ab his quas in euangelio genuit nunq; amouet. nunq; sua vlcera obliuiscitur. **D**icat itaq; eis. **H**audete. confidite. **I**ntroduxit me rex in cellaria sua. putate et vos pariter introductas. **S**ola introducta videor. sed soli non proderit. **U**estrū omnīū est meus om̄is profectus. vobis proficito. vobiscū pariboz quicqđ plus forte vobis merno. **U**is indubitanter scire quia in hoc sensu et affectu locuta sit. **A**udi quid ille respondeant. **E**xultabimus et letabimur in te. **I**n te inquit exultabimus et letabimur. nam in nobis necdū meremur. **E**t addit. **D**emores vberū morum. hoc est. equanimiter sustinemus dū venias scientes te plenius ad nos reuersurā vberibus. **T**unc nos confidimus exultari et letari. memores iterim